



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. Quinam sint generales modi, quibus beneficia vacant, & qualis  
vacatio requiratur, ut impetrari, aut conferri aliis possint?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

dum promittitur, prohibitum sit, tamquam occasionem præbens captandæ mortis alterius. Et hinc non obstante tali non vacantis beneficij promissione, potest beneficium tale alteri cuicunque conferri, ut constat ex c. Relatum 3. b. 1. junctâ Glossâ in calu, cum enim promissio talis ab initio sit irrita, per vacationem beneficij non sit valida iuxta reg. 29. f. de reg. juri. Neque potest Episcopus aliqui concedere facultatem conferendi hoc determinatè beneficium, cum vacaverit e. Constitutus 11. b. 1. ne per fraudem tali facultate ad necem alterius alter abatur. Et quamvis de jure antiquo prohibitum non fuerit, promittere alteri beneficium nondum vacans, cum confetti poterit, aut occasio se obculerit, e. Accedens 14. b. 1. cum aliud sit promittere beneficium me collatum, cum potero; & aliud promittere me collatum, cum vacaverit, sicut enim promissio occasionem captandæ mortis ingerit, non autem illa) novo tamen jure, omnis promissio beneficij nondum vacantis, quæcumque clausulâ adiectâ, prohibita est, & invalida, e. Deterbanda 2. b. 1. in 6. ita ut ob easdem rationes, nec Patronus promittere possit (promissione obligante & efficaci) presentaturum se ad beneficium, quod hic & nunc nondum vacat, si vacaverit; & quamvis possit generali Procuratorem suorum negotiorum, etiam in ordine ad presentationes, Patronus constitueret, praesertim, si causa aliqua, absente v. g. urgeat, specialiter tamen commissionem nulli dare potest, ut ad tale beneficium, hic & nunc nondum vacans, presentet aliquem, ubi illud vacaverit e. Cum dilecta

Compedit. Pirkling.

16. b. 1. cum in hoc casu rationes allage urgent, non autem in illo.

### §. II.

*Quinam sint generales modi, quibus beneficia vacant, & qualis vacatio requiratur, ut impetrari, aut conferri alii possint?*

Triplici modo, in genere loquendo, beneficia vacare dicuntur: vel enim vacant de facto tantum, vel de jure tantum, vel de facto simul, & de jure. De facto tantum vacare censetur beneficium, quando quis possessionem beneficij amittit, non autem Titulum, ut si vi dejectus sit, de possessione beneficij, aut injusto meo gravi coactus fuit beneficio renuntiare, &c. De jure tantum vacare censetur, cum quis titulum beneficij amisi (ex juri scilicet dispositione privatus) possessionem tamen adhuc retinet. De jure autem, & de facto simul vacare censetur, quando nec titulus, nec possessio beneficij apud aliquem est, qualiter per mortem beneficiati vacare beneficia censentur. Hoc ultimo modo, si vacant, de jure scilicet, & de facto, beneficia impetrari, & conferri ea posse, non est dubium, cum verissime vacant, prout etiam colligitur à contratio sensu ex c. 2. b. 1. si de facto tantum vacant, & non de jure, nec conferri possunt alii nec impetrari, cum nondum vere vacant, prout etiam colligitur ex c. 2. 3. 4. De his qua vi, &c. si vero de jure tantum vacant, & non de facto, cum aliis adhuc in illius (saltem colorata) possessione sit, possunt quidem impetrari, & conferri, si in referendo imprecatio fiat mentio, possideri

Nnn

bene-

beneficium impetratum adhuc ab altero,  
(saltem coloratâ possessione) c. Cum no-  
stris 6. b. t. quia taliter vacanta benefi-  
cia, sicuti verè non vacant, ita nec sim-  
pliciter vacanta dici possunt, ita ut re-  
scriptum de beneficio tali conferendo, si  
in eo nulla sit possessionis colorata,  
quām alter adhuc habet, mentio, subre-  
primitum habeatur.

## §. III.

*Quibus modis in specie videntur  
beneficia?*

Rimò vacant per mortem naturalem  
Beneficiati, c. Suscepimus 6. De re-  
script. in 6. mors enim omnia solvit, nisi ab  
habente potestate omnino fuerit sup-  
pressum tale beneficium, vel accessoriè  
unitum alteri, aut ad mensam Prælati,  
aut Capituli pertineat, aut situm sit be-  
neficium tale, Canonicus v. g. in Ec-  
clesia non numerata, quibus in casibus,  
cum extinctum omnino sit tale benefi-  
cium, vel Rector illius principalis sit  
Prælatus, aut Capitulum, non censetur  
vacare per mortem desieruentis illi, si-  
cuti in Ecclesia tali non numerata, non  
vacat Canonicus per mortem Canoni-  
ci, cum penes Episcopum, vel Capi-  
tulum sit, utrum velint novum Canoni-  
cum assumere.

Secundò vacant beneficia ex disposi-  
tione juris; per professionem scilicet in  
religione approbata, tacitè, vel expresse  
factam; per matrimonium validè con-  
tractum; per beneficij incompatibilis  
pacificam, & utilem affectionem; per  
non iusceptum Sacerdotium, intra an-  
num accepti beneficii Parochialis, re-  
quirentis eum ordinem, per non petitam

suo tempore confirmationem, ut con-  
secrationem, aut suscepsum ante tem-  
administrationem, & pluribus aliis  
dis, de quibus hinc inde in jure Can-  
nico.

Tertiò vacant beneficia perdepon-  
nem, seu privationem ipso jure, vel  
sententiam Iudicis factam, ob non  
admissum, cui à jure depositum  
privacionis pœna decreta est; qui  
crimina sunt homicidium, peccatum  
sacrilegium, sodomitia, adulterium, &  
quos inter modos ea etiam est diffidit  
ut si ipso jure privetur quis beneficium  
tempore commissi criminis vacillans  
& privatus sit illis fructibus, quare  
sententia declaratoria criminis pœna-  
mūm feratur, ita ut ad redditum  
fructuum, si quos post admisum crimen  
perceperit, obligatus sit: Si vero per  
sententiam Iudicis beneficium pœna-  
lit, non vacet illud à tempore contra  
criminis, sed à tempore latè contra  
privacionis sententiae, & fructus  
sententiam latam perceperit, non ren-  
turi restituere; neque vacet per mortem  
illius, qui delictum adserat, cum pœna  
ante vacaverit ex causa delicti, si pœna  
ob tale delictum beneficium privata  
vacet autem per mortem illius, qui ad-  
querat, si per sententiam beneficium  
privari debeat delinquens, sententia  
men contra eum lata nondum fuerit.

Quarò, vacant beneficia per ho-  
res resignationem coram legitimo Superio-  
re, uti patet ex Tit. 9. Lib. 1. Dona  
& per translationem Prælati ad aliam Ec-  
clesiam, uti patet ex Tit. 7. aperte  
Libri.